

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Virtute Religionis, Et Ei Annexis; Continens quatuor Tractatus
Theologiæ Moralis præcipuos. Primus, in ordine decimusquartus, de
Iuramento, & Adiuratione. Secundus, de Voto. Tertius, & chariori Authori,
de statu Religioso. Quartus, de vitiis oppositis Religioni

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

Quvsque diuinatio ex elementis, ex animalibus, ex dispositione proprij
corporis, aliisque rebus licita esse possit. Punct. 7.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76572](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76572)

quod ad beneficium; quia non est in potestate colligantis
ius beneficiale in alium propria auctoritate transferre. Ergo
cessio huius non est propria electio. Ergo fieri potest absque pro-
hibitione dicti cap. fin. de sortilegia. Secundum dico non posse
hanc sortitionem fieri propria auctoritate colligantiumque
in hac sortitione pactum, & obligatio cedendi iuri interueniar.
Sed omne pactum propria auctoritate factum, quo via paratur
ad beneficium simoniacum est. cap. fin. de pactis. & cap. quam
pi. 1. q. 1. Ergo Tertio dico necessarij auctoritate iudicis hanc
sortitionem faciendo esse, cum ob vitandum pactum simo-
niacum, tum vi possit beneficium accipere, cui fors contingit,
quia illud accipere non potest ex iure a colligante, translatu,
sed ex iure quo iudex concedit posita colligantibus cessione.
Nec vale dicere illud accipere ex iure ame habito, quod im-
pediebat a colligante; quia ius ante habitum non era-
monimo certum, & indubitate, ut suppono: alias esset ma-
nifesta iniuriosa impedita, sed era ius dubium, & incertum.
Ergo ex vi illius non poterat beneficium accipere. Debet ergo
sicut ius firmari; quod privata auctoritate fieri non potest, sed
auctoritate iudicis. Secus vero est in aliis rebus temporalibus,
qua ex voluntate colligantibus transferri admittent pos-
sunt. Et in his conuenient Suar. & Sanch. suprad.

8. Tertio inquires; an electio per fortis ad officia ciu-
lia, & facultatis prohibita sit? Ratio dubitandi est; quia licet
Textus in cap. Ecclesiæ, de sortilegia loquatur specialistes
de electione compromissarij potest eligere Praelatum. At in
fine generaliter dicitur fortis vlam in electionibus perpetua
prohibitione damnam. Ergo non solum electio Ecclesi-
astica, sed etiam facultatis prohibita conseruit. Addi in elec-
tionibus facultariis, si per fortis sit, idem esse periculum
eligendi indignum, vel minus dignum, digno, vel digniori
prætermisso. Quæ videatur fuisse ratio in Ecclesiasticis elec-
tionibus fortis prohibendi. Nihilominus communis est
omnino sententia, solum electionem Ecclesiasticam fortibus
prohiberi; quia textus in cap. Ecclesiæ notanter dixit reprehensione
dignum esse, quod fors in talibus interueniat; id est in
iis, quæ ad Ecclesiam pertinent. Et licet in fine, cap. generali-
ter fuerit textus loquutus de electionibus, semper intelligentius
est iuxta materiam subiectam. Neque obstat in electionibus
facultariis idem esse periculum, quia hoc solum probat
posse fieri prohibitionem, non ramen esse factum, & ita tri-
adic cum D. Thom. 2. 2. que. 95. art. 3. & Caietan. dub. 1.
Archidac. 26. que. 2. cap. 1. num. 1. Abbe num. 3. Hofiens.
Cardin. Bell. Mera. Anton. & alii pluribus, quos referunt
Sanch. lib. 2. in decal. cap. 38. numer. 8. Azot. cap. 21. que. 1.
unica. Suar. tom. 1. de Relig. lib. 2. de superst. cap. 12. num.
15. Tolet. lib. 4. sum. cap. 15. n. vlt. Martin. Delrio. lib. 4. dif-
quisit. mag. cap. 4. que. 1. Bonac. difus. 3. de primo precepto.
cap. que. 5. p. 3. num. 12.

Quarto inquires; an electio ad officia, & beneficia Ecclesi-
astica facta per fortis non solum illicita sit, sed nulla? Affir-
mat nullam esse Panormit. dicto cap. Ecclesiæ de sortilegia,
num. 5. Primo; quia est facta contra decisionem illius cap. se-
cundo; quia est facta contra formam cap. quia propter de-
lectione, vbi electio alter facta, quam ibi praescribitur, non
valet. Dicendum ramen est, si fortibus eligantur Praelatus
alium Ecclesiæ habens iurisdictionem tam in criminalibus,
quam ciuilibus nulla est electio; quia non feruerat in ea forma
præscripta in dicto cap. quia propter, & in hoc omnibus con-
venient. At si fortibus eligantur compromissarij, qui hunc
Praelatum nominent, & designent, valida est tam electio autem
compromissariorum, quam Praelati nominatio. Quid autem
compromissariorum electio valeat probat Textus in cap. Ecclesiæ de sortilegia: vbi Pontifices ex gratia, & saepe confi-
rat electionem sic factam, cum poruerit illam cassare, non tam-
men denovo conseruit. Item in illo textu nullum est verbum in-
dicans nullam esse talem electionem. Ex cap. autem quia propter
non haberet electionem compromissarij fortibus factam esse
nullam; quia de tali electione non loquebatur textus, sed de
modo eligendi ipsius Praelatum: immo potius ibi supponitur
posse Praelatum eligi per compromissarios, quod vero com-
promissarij suffragant, vel fortibus electi sint, non deciditur.
Ergo electio compromissarij fortibus facta nullibi annullatur.
Ergo neque annulatur nominatio compromissarij: sic Glossa
in dicto cap. Ecclesiæ, verbo ad gratiam, Suar. lib. 2. de su-
perst. cap. 22. n. 9. & 10. Sanch. lib. 2. cap. 38. num. 3. Quod
si electio ad officia, vel beneficia Ecclesiastica præter pra-
stationem fortibus sit, valida est his Suar. suprad. & Sanch. plu-
res referent n. 8. 4. quia nullibi inuenient annullatur tali electio.
Nam in cap. quia propter, de electione solum est sermo de
electione Praelati iurisdictionem habentis, ut constat ex ipso
textu. Et hec de fortibus duoforis.

10. Verum si de fortibus consultoriis loquamus, dicendum
est per se licitas esse, si debito modo sicut, hoc est si sunt
necessitate vigentes, & cum debita reverentia, speciali que
Dei instinctu. Quia his conditionibus positis nulla appetit
in fortibus malitia, sed potius religiosus actus resplendet, ut

probari sat potest exemplis tum veteris, tum noui Testamen-
ti, specialiter ex illo facto Ioseph 7. qui sortem misit ad co-
gnoscendum malefactorem occultum, & ex facto Apostolorum
Act. 1, qui ad oligendum Sanctorum Matthiam loco luce
sortem miserunt, & suffragant ratio: quia in tali casu licet
est explorare diuinam voluntatem, ut aliquo signo quid sit
agendum manifestetur. At cum non appareat aliud figura ap-
plicetur, quæm fortis, fortibus creditur diuinam voluntatem ma-
nifestandam esse, iuxta illud Proverb. 16. Sortes mitinuntur in
finum, sed a domino temperantur, sic ex omnibus sententiis tra-
ditu Suar. lib. 2. de superst. cap. 12. num. 18. Sanch. lib. 2. in de-
cal. cap. 38. n. 85. Lefthus lib. 2. de iustit. c. 43. alib. 9. n. 60. Bo-
nac. difus. 3. de primo decal. precepto. 9. 5. p. 3. n. 12.

11. Tres conditiones appositi, ut fortis consultorii licite
sint, quæsupradicti doctores Sanc. Suar. Lefthus. Bonac.
& alii approbant. Ex quibus constat raro fortis licite posse;
quia raro haec conditiones adstant. Prima & principia ut necessi-
tate vigente sint: nam si alia via inuestigatur diuina voluntas
potest; imprudenter quis fortibus vivit, & Deum in tali ca-
sū tentat, & periculo se exponit, ut à demono decipiatur.
Quapropter talis vñus ab August. epist. 119. c. 20. repre-
henditur, & à Leone I. V. relato in c. fortis 26. q. 5. sub as-
temmate proliferatur. Sortes (inquit) quibus cuncta vos re-
sistis discriminatis prouincias, quæ partes damnaveunt,
nihil aliud quam diuinationes, maleficia esse decimimus.
Quamobrem volumus illa omnino damnari, & inter Christia-
nos ultra nolumus nominari, & ne exercitetur, anathema-
tis interdicto prohibemus. Necessestis autem est, quando alia
via subiecti non potest graui aliquis spirituali, vel tempora-
li necessitate, aut quando Ecclesia inde magnum et emolu-
mentum habitura: sic Sylvest. verbo Superstitio 9. 4. Mar-
garita confessor. in primo precepto fol. 58. Sanc. cap. 38.
num. 85. Secunda conditio, ut fortis consultorii licentes, ut
ut cum debita reverentia ad Deum mittantur: cum enim il-
lis fortibus diuinam explorant voluntatem, opus est ut cum ma-
gno reverentia fiat, & premissa oratione, ut dixit D. Thom.
9. 95. art. 8. Suar. dicto cap. 12. n. 25. Defectus huius conditio-
nis regulariter est solus venialis culpa, nisi magna est ir-
reverentia Bonac. dict. p. 3. n. 14. At idem est, ne in his fortis
mitteat facies rebus utrius ad res temporales, lucrative
captandas, quæ est quedam rerum sacrarum profanatio. Sanc.
n. 85. Bonac. n. 14. & alij apud ipsos. Auerto tunc enim defi-
cere primam conditionem necessitatis, ac proinde ex haec parte
consultoriorum formam esse illicitam. Tertia conditio est, ut spe-
ciali Dei habeat instinctum: haec enim conditio necessaria
est, si velis, ut Deus aliquo sensibili signo diuinam voluntatem
fortibus manifestet. At si solum intendas, ut Deus per spe-
ciali suam providentiam fortis feliciter dirigat, necessarius
non est tunc diuinus instinctus, sed sufficiit fiducia magna, quam
in diuina bonitate habere potes de talium fortium dilectione
posita necessitate, & negotiis honestate. Suar. dicto c. 12. n. 16.
Sanc. c. 38. n. 87.

12. Tandem si de fortibus diuinatoris loquamus, haec sem-
per sunt illicitæ, ut ipsoe superstitionem conuenient. Sortes
cum neque cauient effectum futurum, neque illum ex se ful-
ligrificare possunt. Ergo si aliquando illum significant, habent
ex aliquo dispositione. Deus autem haec significationem illis
non dedit. Tum quia Deus non se vanis immisit. Tam quia
sapientia altera res eueniunt, quam fortibus significantur. Refutatio
ergo, ut à demono haec habent significacionem. Ego qui il-
lum ex fortibus inuestigat, se disciplinae demonis subiect: sic
D. Thom. receptus ab omnibus 1. 2. q. 8. art. 8. & confit ex
cap. si quis Episcopus: cap. non licet, & alii pluribus, 26. q. 5.
& pluribus exhortat Suar. dicto c. 12. n. 28.

13. Aduero tamen in his fortibus diuinatoris sapientia infor-
mat, aliaque grauius crimina præter superstitionem invenit. Si
enim fortis mittas ad cognitionem aliquis occulti criminis,
injustitiam committitis, rursum inquiringendo delictum medio ita
improprietate, & fallaci rum ob maximum penitentiam, quod
fors in innocentem cadat, quia cum demoni magis appetat
damnum iusti, quam peccatoribus inferre, credi potest deli-
ctum peccatoris innocentia applicaturum: sic Suar. dicto c. 12.
n. 29. Sanc. c. 38. n. fine.

P V N C F V M VII.

Quousque diuinatio ex elementis, ex animalibus,
ex dispositione proprij corporis, aliaque rebus
licita esse possit.

S V M M A R I V M.

1. Qui effectus naturales ex his absque superstitione traditi
possunt.

2. Ex superadictis coniectari in genere possunt bella, rixas, ac-
tiones non certe, sed quadam tenuestima probabilitate.

3. Effectum contingencem predicere ex iis absque speciali Dei favore grauiissimum peccatum est superstitionis.
 4. Ex manuum linea, ex physiognomia capitulo bonam, vel malam conjectari fortunam gravis est peccatum.
 5. Item est si eam conjectiles ex fortuitis eventibus, tum animalium, tum hominum bonam, vel malam fortunam conjectare superstitiosum est; quia tacite dæmon creditur, & cius auxilium impetratur: Sic Azor. lib. 6. insit. moral. c. 22. g. q. 1. Sanch. lib. 2. cap. 32. num. 41. Vnde conjectare felicem aut infelicem eventum ex contingenti animali: vel funebris occursum ex ruptione cornigera, ex sterilitate, ex repente calu cum domo egreditur, ex offensione calus, aut lapidis, aliisque similibus superstitionibus est. Sapere ramen à mortali excusat hæc obseruaria, tam ob ignorantiam, & bonam fidem; tum ob dubium, ac sine à causa naturali, vel à Deo, vel à dæmons præfigium futuri eventus. Lessius lib. 2. c. 33. dub. 10. n. 66.

1. EX varia elementorum mutatione, ex frequenti animabitu, & dispositione, eff. etius naturales, ut pluviae, imbrevis, serenitates, & similia prædicti probabiliter possunt; quia ex his signis prædictis causa naturalis horum effectuum. Item ex physiognomia cuiuscumque conjectari aliquo modo potest eius temperies, naturales animi affectiones, bona, vel mala conjectudo. Quia conjectatur causa communis illorum effectuum. Neque in hac predictione aliqua superstitione invenitur; tamecum certius quam per eum, hi effectus prædicantur, sed erit quædam imprudens, & error in philosophia naturali commisus: sic communiter doctores cum D. Tom. 1. 2. 9. 95. art. 7. Azor. tom. 1. insit. moral. lib. 9. cap. 14. 15. & 16. Lessius lib. 2. de insit. cap. 43. dub. 7. n. 45. Bonac. de primo decal. præcepto, disp. 3. q. 5. p. 3. n. 11. Sanchez lib. 1. in decal. c. 38. n. 38. & 44.

2. Ex supradictis etiam signis conjectari in genere possunt bella, rixæ, & contentiones inter homines future non certas, sed quadam tenuissima probabilitate; quia cum communiter homines inclinations sequuntur, & ex illis signis colligatur causa ad hos effectus inclinans, prædicti possunt probabiliter tales effectus: sic Caetan. 2. 2. quæst. 95. art. 7. Valen. 2. 2. disp. 6. q. 12. p. 4. vers. similiter possunt. Sanchez lib. 2. c. 38. n. 38. Bonac. n. 11.

3. Verum quibus tibi probabiliter saltem non constat aliqua ex superstitiis signis assumpta esse à Deo ad aliquem effectum contingentem præsignandum, si ex illis talen effectum praenuncia, grauiissimum peccatum superstitionis commisus. Tum quia te commisus à dæmons edocendum, tum quia eius auxilium imploras, ut vera efficias, quæ doces. Nam cum illa signa ex te tales effectus non significent, & eo quod neque sunt illorum causa, neque ab aliqua causa communiter proveniant, restat, ut signa sint ex alievis superioris dictione. Hic autem non est Deus; quia non se vanis immiscer. Tum quia sapere hoc signa fallacia sunt. Ergo fatendum est dæmonem esse, à quo illa signa effectus contingentes significare possunt. Ergo ex illis talia prædicere, est te discipulum dæmonis proficer. Est ergo grauiissimum peccatum: sic D. Thom. receptus ab omnibus 2. 2. q. 95. art. 7. & expelle tradit Lessius, Sanchez, Bonac. Valen. supra. Necesse obitum Joseph. Genes. 42. se coram fratibus laudans, quod non fuerit similis eis in augurandi scientia: si igitur augurium illicitum est, non se de illo laudares. Ioseph lanctissimus. Non inquam obstat; quia non de augurio illicito, sed licito se laudabat, scilicet de prophetia; eaque de causa dixit: an ignoratis, quod non fuerit similis mei in augurandi scientia; quasi dicaret, alii angues, & diuinatores; quia epi. de monstra futura diuinare; fallaces sunt, neque omnia cognoscunt. Ego vero diuinum fido auxilio eiufque opere futura prædicto. Quapropter nullus in augurandi scientia mihi similis est.

4. Ex his infero, grauitate te peccaturum, si ex manu lineis, ex physiognomia capitulo bonam, vel malam fortunam conjectes, etiæ in qua diuitem, vel pauperem, religiosum: vel sæcularem, sacerdotem, vel lacrum, solutum, vel matrimonio alligatum, &c. quia illa signa causa esse non possunt illorum effectuum, neque in illis signis tales effectus prædicti possunt, nisi ex doctrina dæmonis: sic Nauart. sum. cap. 11. num. 31. Sanchez lib. 2. cap. 37. num. 47. Siueanc de catholicis institutis. tit. 21. num. 18. Unde si seruo de bona, vel mala fortuna ab Ägyptiana interrogem, non est dubium ob rationem illam te peccaturum mortaliter. At si non serio, sed loci causa, & ob vanum finem curiositatem absque periculo ei fidem adhibendi interrogem (ut regaliter sit) peccatum solum erit veniale: sic Nauart. & Sanchez. supra, & Bonac. disp. 3. de prima decal. præcepto, quæst. 3. p. 3. n. 11. Quod si obitum illud Iob. 37. Qui in manu omnium signat, ut noverint singuli operas tua, quibus verbis indicate videatur Deum in manu cuiusque bonam, vel malam fortunam signasse. Facile responderetur, neque enim hunc sentim illa verba faciunt: quia Iob illis verbis solum significare intendit nutu Dei, eiufque prouidentia tantum nivis, imbrevis, & prætene descendere, ut non quisque manum habeat ita torpenter, ut sit quasi quodam signillo ob-signata, & causa non valens officio proprio fungi. Ex quo singuli possunt cognoscere quam incepit sint ad sua propria opera facienda, quantumque à Deo ipso pendent; eaque de causa 70. transfluerunt, claudit Deus in manus cuiusque, ut sciat imbecillitatem suam. Vide nostrum Pinedam in hunc locum. Lessius lib. 2. 43. dubio 7. fine. Azor. i. p. insit. moral. lib. 9. c. 16. Ferd. à Castro Sum. Mor. Pars III.

5. Secundo infero ex fortuitis eventibus, tum animalium tum hominum bonam, vel malam fortunam conjectare superstitiosum est; quia tacite dæmon creditur, & cius auxilium impetratur: Sic Azor. lib. 6. insit. moral. c. 22. g. q. 1. Sanch. lib. 2. cap. 32. num. 41. Vnde conjectare felicem aut infelicem eventum ex contingenti animali: vel funebris occursum ex ruptione cornigera, ex sterilitate, ex repente calu cum domo egreditur, ex offensione calus, aut lapidis, aliisque similibus superstitionibus est. Sapere ramen à mortali excusat hæc obseruaria, tam ob ignorantiam, & bonam fidem; tum ob dubium, ac sine à causa naturali, vel à Deo, vel à dæmons præfigium futuri eventus. Lessius lib. 2. c. 33. dub. 10. n. 66.

6. Tertiò infero vanum, & superstitionis esse diem Martis, & Venetiis infelices reputare, & alios felices, & ob eandem causam nollus opus aliquod aggredi illis diebus, quos iudicant infelices, quia tacite consentis in fortuitos eventus efficaciam habete celi motum; sic D. Tom. 2. 2. q. 96. art. 3. In corp. & constat ex cap. non obsernat. 26. q. 7. Excusabatis autem à mortali, si ex quodam timore dies observes, nec audeas opus tunc incipere; non quia credas certo infastum futurum, sed quia times: sic Sanchez lib. 2. in decal. c. 40. n. 15. affirmans sic communiter contingere esseque solum veniale.

P V N C T V M VII.

Quid sit vana obseruatio, quotuplex, & quale peccatum.

S V M M A R I V M.

1. Explicatur, in quo obseruantia vana seu magia consistat.
2. Hæc semper habet tacitum cum dæmoni pactum.
3. Est grauiissimum peccatum, neque excusat ex renuntiatione expressa illius.
4. Ex ignorancia esse posse aliquando veniale peccatum. Hoc peccatum magia alia plura secum trahit.
5. Triplices est magia iuxta triplex genus effectuum, qui per magiam procurari possunt.

1. Tertiam superstitionis speciem enumeramus obseruantiam vanam, quæ in eo consistit, ut ex mediis inutilibus ad effectum, effectum speres. Nam cum tunc non habeas fundamentum ad illum sperandum ex diuina virtute, sequitur ex tacito dæmonis pacto illum sperari. Differt hæc vana obseruaria à diuinatione, quod diuinatione sicut in cognitione aliquius occulti effectus, ut obseruaria tendit ad opus, verbi gratia ad aliquod bonum fibi, vel alteri comparandum, quæ vocatur magia communis, & visuaria vocabulo. Si autem affluerat media ad inferendum alteri dannum vocatur maleficium.

2. Vana obseruaria, seu magia semper habet tacitum cum dæmoni pactum: quia vitetur mediis, quæ solum opus dæmonis efficaciam habere possunt, unde affluerent illa tacite open dæmonis implorari: aliquando cum expresso pacto cum dæmoni hæc magia contingit.

3. Quoniamcunque sit, sive cum pacto expresso, sive tacito est grauiissimum peccatum, quia habere commercium cum dæmoni, & ad illum recurrere sedit in grauiissimam diuinæ maiestatis iniuriam. Neque in hac parte admittenda est parvitas materiæ (quamus probabiliter reputat Valen. dis. 6. quæst. 13. p. 3.) quia quælibet cum nequissimo hoste societas, quodlibetque commercium, & recipuis, & in eius ope fiducia religione diuina maxime aduersatur, tametsi materia, & effectus intentus levissimum sit: sic Sanchez. lib. 1. in decal. cap. 40. num. 13. Lessius lib. 2. cap. 44. dub. 4. num. 26. indicat sicut tom. de relig. lib. 2. de superst. cap. 14. num. 1. Neque ab hoc peccato excusat illis mediis vanis viens, ex eo quod dæmonis pacto tam explicito, quam implicito renuncier: nam esto verbi renunciator, facto ipso pactum & commercium cum dæmoni inire valet, ut bene relato Philiaco de Officio. Sacerdot. tom. 1. part. 2. lib. 3. cap. 11. vers. quarta conclusio, docet Sanchez. lib. 2. in decal. cap. 40. u. 25. Ex ipsi nisi vitaris illis vanis non ad experientiam effectum, sed ad conuincendum illis vientes ex dæmonis auxilio operari, qualiter testatur Caetan. in summ. verb. Incantatio se quibusdam verbis facit vnum fusile ea protestatione facta, se nullo modo dicere illa verba, facta, ut instituta à dæmoni ad mouendum annulum, sed ea in Deum eorum authorem dirigere: quia intentione positâ verba proculis, & annulus immotus remansit: sic Sanchez. lib. 2. in decal. cap. 40. num. 25. & lib. 7. de mar. dis. 95. num. 4. Debet ramen adesse necessarias huius experientias, & spes mora iter certa deceptionem fore manifestandam: alias periculum erit, ut decepti in suo errore firmius existant, & tu in eum labaris.

4. Aliquando ex ignorantia, & inaduententia vincibili tamen, sed non crassis, & supina potest esse veniale pecca-

B b 3 cum